



Disputatio juridica inauguralis de jure venandi

<https://hdl.handle.net/1874/342348>

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
JURE VENANDI,

36.

DIVINO ^{Q V A M,}
FAVENTE NUMINE
Ex Autoritate Magnifici Rectoris,

D. M. JOANNIS LUYTS,

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT E T

Amplissimi Senatus Academicci consensu, Nobilissimeque

Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU LICENTIÆ,
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privi-
legiis ritè, & legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit,

JOANNES CASPARUS PROFF, MONTENSIS.

A. D. 5. Novemb. hora locoq[ue] solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc lcc LXXXVIII.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

D. JOANNI WILHELMO,

COMITI PALATINO , PRINCIPI ELECTORALI AD RHENUM , BAVARIÆ , JULIÆ , CLIVIÆ , AC MONTIUM DUCI , COMITI VELDENTIÆ , SPANHEIMII , MARCHIÆ ; RAVENSPURGI , ET MOERSÆ , DOMINO IN RAVENSTEYN , &c. DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO.



Ereor equidem Serenissime ac Potentissime Princeps Electoralis & Domine , Domine clementissime , ne pudorem in me desiderent aliqui , cum hanc Synopticam Juris Venandi tractationem à me divulgatam , Vestraeque Serenitati oblatam intellexerint , quam reprehensionem omnino effugere , si summo Jure mecum agatur , mihi perdifficile est ; nam si irrisus est Hermodorus a Siculis , quod Platonis libros eis dedicare solitus erat , qui tamen aurei , & divini appellati sunt ,

Ex Officis Franchisci Haima Academici
Typographi cl. 100 XXXVIII

funt , ineptus sane ac ridiculus videri possum qui non Siculis,
aut imperitæ alicui multitudini , sed S. V. uti Principi , præ-
ter tot egregia , atque heroica ornamenta , etiam omni doctri-
na eruditio atque exculto non Platonicos libros , id est aureos at-
que divinos , sed quales a juvene Viro , ut exigui admodum
ingenii , ita cupiditate veritatis indagandæ incensi procif-
cuntur nunc offerre audeam . Verum spero me si minus libe-
rationem culpæ , at errati certe veniam , apud æquos Judices
imperaturum esse , nam etsi non invitus fateor hasce meas lu-
cubratiunculas , adhuc rudes & ineptas hominum eruditorum
lectione , Vestraeque Serenis. auctoritate non satis dignas esse ;
res ramen est ejusmodi ut sine meo dedecore accusationem cri-
minis de innata subjectione & humilitate propter ingratitudi-
nem erga V. S. vix ac ne vix quidem evitare possem , nisi
omnibus modis me S. V. subiectissimum & ad servitia Paratissi-
mum sisterem , cum enim V. S. antehac parentem meum ad
Servitia sua dignum recipere clementissime dignata sit , sane
non tantum vitio mihi verteretur , sed & criminis reus es-
sem , nisi pro ejusmodi beneficio V. S. subiectissima servitia
exhiberem , cum itaque Divini Numinis auspicio , Vestraeque
Seren. subsidio , parentum meorum educatione , præceptorum
informatione , propriisve tandem vigiliis , eo pervenerim ,
ut de jure venandi pro ingenii modulo præsentem tractatio-
nem , ab amplissima juridica facultate approbatam , pro obti-
nenda in utroque jure laurea , exhibuerim , eandem sane nemini ,
nisi S. V. licet ejus auctoritate digna non sit , tanquam Do-
mino meo clementissimo , offerre debui , vel potui . Bona spe
fretus , ut quod audacter agere videar id non temere agam .

Offero itaque V. S. hanc qualem qualem inscriptio-
nem summa cum reverentia , quam quilibet subditus etiamsi
fidelitatis juramento solutus , domino suo debet . Offero
V. S. hæc studiorum meorum testimonia , tanquam Principi
erga eos , qui studia & bonas artes colunt , Clementissimo ; sum-

ma eum animi submissione, rogitans V. S. suæ clementiæ favorem, erga studia, uti aliorum ita & mea clementissime extendere velit; Deus Ter. Opt. Max. qui de cœlo victoriam largitur, qua Domus Neoburgicæ benedictionem Clementer ostendit, eandem solidam & incorruptam præstet, Vestramque Serenitatem Patriæ & subditorum Saluti, nec non totius Romani imperii singulari emolumento, cum Serenissima Familia diutissime in columem servet. Hoc reor, & Veri si quid mens augurat opto D. Die Novemb. Anno Dom. 88.

Vestræ Serenitatis

Subjectissimus

JOANNES CASPARUS PROFF.

DIS-



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
JURE VENANDI.



Uoniam de jure venandi plurimæ , & fere quotidianæ inter principes præsertim viros , Comites , Barones , & Nobiles exoriuntur lites , atque controversiæ , operæ pretium me factum existimo , si materiam istam ut pote longe Jucundissimam , amplissimam & frequentissimam , paulo copiosius pro viribus exposuero . Et cum omnis , quæ à ratione suscipitur , de aliqua re institutio , à definitione profici sci debeat ; ut intelligatur quid sit id de quo agitur , ideo & ego à Venationis definitione exordium facio , quæ non incommodè hæc constitui poterit ; venatio est jus seu facultas libera occupandarum animantium ferarum , in nullius dominio existentium jure divino , gentium & civili , hominibus permitta .

6 DISPUTATIO JURIDICA

I.

Quær. An soli Principi tanquam Domino in territorio
jus Venandi competit? Resp. Postquam primo omnium Fri-
dericus imperator constitutionem promulgavit, de pace pu-
blica tenenda, quæ exstat in *C. un. 2. f. 27.* qua inter cætera
in §. *nemo retia, cavit,* ut nemo post hac ad ferarum capturam
retia tendat propter exigentem maximam necessitatem, jus
venandi omne ad principes translatum & quidem optimo jure,
cum enim principes locorum publicorum dominia non modo
legum concessionem, & jure quodam: (uti loquuntur:) su-
perioritatis seu præminentia sed longe etiam consuetudine &
usurpatione adquisierint *l. 9. ff. ad l. Rhod. de jaētu.* dubium
non esse videtur quin illis quoque in locis tanquam suis ven-
ationis usum subditis suis recte prohibere potuerint. Præten-
dunt autem præcipue regale jus venandi ex his potissimum
rationibus 1. quod feræ bestiæ deserviant decori, usui, & or-
namento Reip. adeoque ne passim, si omnes venari possent,
species animalium sensim tollantur, id jus plebis temeritati
committendum non fuit; sed certo ordine & legibus exer-
cendum, quas præscribere pertinet ad principem, ex territo-
riali superioritate *Waizemegger de Venat. dissert. Num. 1. l. 3.*
Ratio 2. est quod principes continua angoribus pro reip.
fatigentur, adeoque conveniat virium restaurandarum gratia
venationem captare: ut & corporis & animi refocillationi
invigilent, & præliorum simulacra adversus bestias mediten-
tur, *Fachinaeus l. 1. controv. 1. Arnisens de jure Majest. Rat. 3.*
est, quod principes immemoriali præscriptione muniti sint,
quæ iis tribuit intentionem fundatam, dum scilicet ab initio
prohibendo & dein actus possessorios exercendo jus acquisi-
vere: *Zasius conf. 6. Num. 2. Meinhnerus tom. 1. decis. came-
ral. 32. N. II.*

II. Quær.

II.

Quær. An hæc ademptio jure vel injuria facta sit.
 Resp. Eam juri nequaquam esse contrariam, etenim cum summus princeps justa & rationabili ex causa dominium, & jus alteri quæsitum auferre possit, *l. 15. ff. de rei vind.* multo certe magis subditis suis ex justa causa Venationibus interdicere poterit, *arg. l. 21. ff. d. R. f.* cum ibi de damno vitando, hic vero de lucro tantum captando: (quod in spe nimis incertâ & caducâ consistit ut nec in bonis nostris esse dicatur, *arg. l. 36. in fin. pr. ff. ad l. falcid.*) agatur. Justa autem causa dicitur favor publicæ utilitatis, quæ hic maxime in considerationem venit publice namque interest (ad pacem & tranquillitatem publicam tenendam) præsertim cum absque armorum & tormentorum usu expediri vix queat, non esse commune jus venandi, quoniam communis eam exercendi libertas discordiam pareret, rixisque ac mille cædibus ansam daret, & simul homines ad ferociam & prædandi licentiam inclinarentur. *Carpzo part. 2. Quest. 14. N. 15.*

III.

Quær. An Electores Principes Duces &c. subditos suos à Venationibus repellere possint? non obstante opinione contraria affirmative concludendum puto. Ratio perspicua est, quia Electores, Dukes, cæterique modo relati regalem dignitatem & jurisdictionem perpetuam & ad hæredes transitoriam habentes, suis in ditionibus, Ducatibus, & territoriis eodem jure, eademque potestate fruuntur, quâ Imperator in universo Romano imperio huicque illi repræsentant, & consequenter etiam contra jus commune quo ad subditos suos statuere possunt imperator siquidem ducem de ducatu investiens omnem potestatem, quam ipse Imperator in istis territoriis obtinuit transtulisse intelligitur. *Arg. text. in C. 1. §. fin. quib. modis. fend. amittat.*

IV. Quær.

8 DISPUTATIO JURIDICA

IV.

Quær. Possuntne Vicarii vel Officiales Principis propria autoritate & sine speciali mandato venationem subditis sui Domini adimere sive inhibere. Resp. Quod non : tum quia contra jus commune statuta condere , vel eidem derogera nequeunt arg. l. 2. Cod. de off. præf. Præf. orient. Venationem autem juris communis esse manifesto liquet , l. 1. & 3. ff. de acquir. rer. Dom. tum quia licet mandatum habeant generale expediendi quæ ad Provinciæ cui præsunt , gubernationem pertinent , non tamen generali mandato comprehenduntur , nec concessa intelligunt , quæ ad alterius damnum , vel læsionem vergunt.

V.

Quær. An princeps non solum ratione ordinariæ potestatis sed etiam cum primis , jure immemorialis præscriptionis subditis suis venationem prohibere possit , affirmativam teneo ; et si enim ea quæ mera facultatis sive voluntatis sunt , sicuti censetur venatio , nullo unquam tempore præscribuntur , ut habet communis opinio & probatur per l. 2. ff. si jur. publica , attamen istud ita demum procedit , si nulla superioris prohibitiō intervenerit ; prohibitione enim interveniente , res etiam quæ consistunt in mera facultate , amittuntur : dummodo cui prohibita est , per tempus jure determinatum , inprohibitione illa acquieverit , l. si quis diurno 10. ff. si servit. vindicetur l. 6. ff. de servit. præd. Eadem igitur ratione cum Principes venationis exercitium , subditis suis tam propriis quam in publicis agris sive sylvis ab initio prohibuerunt , & illi huic prohibitioni , provocando ad Cameram imperialem , vel ipsum Imperatorem (quod quidem liberum ipsis fuit) non contradixerint ; sed immemorialis temporis spatio acquieverint & à venationibus abstinuerint , factum est , ut per hanc prohibitionem

tionem, à Principibus interpositam & patientiam subditorum subsecutam, jus illud prohibendi Principes, adversus subditos suos, præscriperint, sicque hi invitis illis venationes usurpare amplius non possint pro ut concludit Jacobin. de S. Georg. intrat. feud. verb. & cum venationibus N. 2. proinde Principes qui longissimo tempore hominum memoriam excedente, per prohibitionem suam subditos à venationum usu excluserunt, atque ita jus illud prohibendi præscriperunt, optimo jure adversus subditos suos muniti sunt.

V I.

Hinc convenienter quæri potest; nunquid consuetudine vel præscriptione queat induci: ut subditi prohibeant feras bestias ex propriis agris stantibus & pendentibus adhuc fructibus abigere, & canes ad eam rem habere & negative respondendum existimo, tum quod ejusmodi consuetudo, vel præscriptio irrationalis est, & præterea non admittenda Rum. conf. 155. N. 17. lib. 4. Paris. confil. 27. N. 57. lib. 1. tum etiam quod publicæ utilitati adversatur publice namque interest, sata & frumenta ad sustentationem hominis comparata a feris non devastari, consuetudo autem publicæ utilitati adversa ac damnoſa non est recipienda. arg. l. fin. Cod. ſi. aduersus jus utilit. publ. craver. confil. 957. Num. 21.

V.

Quær^o Sed quid si rustici agros suos palis sive lignis nimis acutis munire & circumsepire cupiant, quibus feræ transcedere intendentes, facile transfigi possint? & hujusmodi sepimentum, quo feris periculum creatur, in iis locis, quibus interdicta est venatio, ipso jure esse prohibitum, probabilius est, quidquid enim in faudem juris alieni agitur legibus prohibitum censetur, toties autem in faudem aliquid fieri intelligitur, quoties in vicem actus prohibiti, alias surrogatur,

B

in

10 DISPUTATIO JURIDICA

in quo prohibitio non cadit , dum idem modo effectus sequatur ut pluribus edocet. Cravet. consil. 862. Num. 13.

V I.

Quoniam Veratio alia est major ; quæ vocatur Germanice *De hohe Jachtbarkeit / des hohen / groben Rothen ondt Schwartzen Wildthats*. Meichs. decis. 2. tom. 3. fol. 12. alia minor, quam etiam particularem vocant , quæ comprehendit omnis generis animalia minora. Quæritur ad quem pertineat prima illa species. Resp. Ut supra dictum , per totam Provinciam ad Principem terræ spectare jure quodam superioritatis territorialis, ex antiquissima consuetudine & præscriptione patriæ nostræ obtento , in quibusdam tamen locis etiam comites, Barones , & nobiles, jus habent venandi majores feras , & illud vel jure hæreditario à majoribus ad se devoluto , vel ex speciali concessione Principis & hæc concessos subinde sit jure proprietatis , vel precario , & si precario concedatur ad nutum Principis revocabilis. Secunda species Venandi minores feras competit Nobilitati, cum distinctione tamen inter nobilis Privilegiateos, hi enim habent jusvenandi minores feras , & aucupia exercendi , non tantum in propriis fundis, sed & in alienis spectantibus ad ipsum principem terræ vel alienos.

V I I.

Quær. An possessores bonorum nobilium habeant etiam privilegium venandi , affirmativam teneo , dummodo bona ista, nobilitate prædixa , pro talibus in provincia sint agnita, declarata, publicata , & propter annexam nobilitatem ad die tas conscribantur ; quæ bona vulgo Ritterfize vocantur. Sed aliquando dubitatum fuit , an hoc jus minoris venationis possessoribus bonorum nobilium communicatum ad proprios fundos vel etiam ad alia loca ad principem terræ vel privatos spectan-

I N A U G U R A L I S .

spectantia se extendat , & mihi plane videtur , his personis , uti statibus provincialibus , aut certo status Provinciales representantibus , jus minoris venationis etiam extra proprios fundos competere.

V I I I .

Quær. Utrum Princeps qui Castra , & territorii cum suis pertinentiis usumf. alicui dedit , jus Venationis , quod eidem castro debetur , vel ad id pertinet , transtulisse intelligatur ? & in partem affirmantem inclino arg. l. 2. §. recte Nerariu ff. si servitus vindicetur. ubi dicitur quod usufructuario fundi aliquus , facultas competit utendi servitute eidem fundo debita , atqui jus venandi quasi servitutem esse posse , quod castro debetur. Quare qui castris usumf. habet , is etiam venationem eidem castro cohærentem exercere poterit , quamvis enim usufructuarius non habeat verum & formalem usumf. , in servitute debita fundo fructuario , cum servitus servitutis esse nequeat l. 1. ff. de usu & usuf. legato. habet tamen jus percipiendi commodum istius servitutis , arg. D. l. 2. §. recte ff. si servit. vind. & l. 1. si ususf. petatur. atque hanc assertionem quoque comprobat. Joachimus claten. D. diatrib. 15. quest. 12.

I X .

Quær. Si princeps alieni castrum cum territorio & pertinentiis in feudum concedat (quo casu Vasallum jus venandi , quod eidem castro cohæret consequi non dubitandum est) nunquid princeps sive dominus directus , in eodem territorio feudali , etiam venari an vero eum Vasallus a venationibus jure excludere possit ? & Judico solum Vasallum domino directo excluso in Territorio isto feudali , venationes instituere posse , idque ex hoc fundamento , quia feudum nihil est aliud,

12 DISPUTATIO JURIDICA

nisi usus. quidam rei immobilis, seu æqui pollutis, sub conditione fidei, & servitorum constitutus, C. 1. §. fin. in quib.
caus. send. amittat. & clari & explorati juris est, tum quod concessum alicui usus. prædii omne commodum ad ipsum usus. solum pertinet l. 7. in princip. l. 9. de usuf. tum quod dominus proprietatis in refructuaria nihil facere nihilque instituere possit, quod in præjudicium sive detrimentum ususfructuarii tendat, & per quod fructus ad usus. pertinentes diminuantur, leg. 15. §. ult. & l. l. seqq. de usuf. concluditur ergo dominum directum non posse in territorio feudal, Vasallo invito, venationibus operam dare, cum palam sit, ejusmodi Venationum exercitium, non consentiente Vasallo, a domino institutum in damnum & præjudicium Vasalli cedere Clister. D. diatrib. 17. quæst. 13.

X.

Quær. An Princeps, qui jus venerandi certo in territorio vel districtu alicui concedit; etiam jus aucupandi & piscandi dedisse censeatur? negativam veriorem esse statuo, quoniam triti juris est, separatorum separatam esse causam, & a separatis ac diversis, ad separata & diversa nihil inferri, l. fin. ff. de column. leg. 20. ff. de minor. at venationem esse speciem distinctam & separatam ab aucupio & punctione elucet ex l. 9. §. aucupium ff. dt usuf.

X I.

Quær. An concedens potestatem insectandi, & capiendi majores feras, puta cervos & apros (vulgo das hohe / Roth undt Schwartz oder gross wilopz) intelligatur etiam concedisse facultatem capiendi feras minores, das nstein wild pret/ puta lepores ac similes? & negativam sententiam tanquam verissimam in praxi servari reor. idque sane non immerito; nam modus uti servitutis ita & venationis concessionis adjectus, exatissime

etissime strictissimeque observari debet; nec eum excedere licet. l. 4. ff. de servit. leg. 13. ff. de servit. præd. rust. cum igitur in hac concessionis specie modus sit appositus, ut videlicet majores liceat capere feras, non poterit, is, cui facta est concessio hunc modum transelire, adeoque minoris generis feras capere arg. l. 8. ff. mandati. Si princeps aliquem in vestierit de castro cum territorio in quo sunt plures sylvæ atque fere & subjecerit iuri Jagts gerechtigkeit? Quæritur cujus venationis usus ipsi per hoc concessus fit, & B. cum juxta hodiernam germanicæ consuetudinem, notoriam absolutissimamque rerum magistram, principes non soleant facile concedere, Vasallis jus venandi cervos, apros, & similes feras nobiliores probabilius esse crediderim, huic Vasallo non etiam majoris, sed inferioris solummodo, notæ venationem nimirum Jagts gerechtigkeit / ahn hasen undt kleine weitwerck / Dögelsangen humer verstoßen / de quo Meichnerus tom. 1. lib. 2. decis. 1. camer. imperiet. sub. Nu. 2. fol. 44. reputari permittam, nisi specialiter & expresse contrarium fuerit actum, arg. l. 1. ff. de off. ejus cui mand. est Jurisd. hujus assertionis ratio evidens est, quia omnes dispositiones & contractus secundum consuetudinem illius loci, in quo celebrantur intelliguntur extenduntur, atque restringuntur, leg. 13. §. 20. de Achil. edit. & latinis aner. Knichen. in tract. de in vesturar. paction. C. 2. Num. 19.

XII.

Discutienda hic venit & illa celebris controversia utrum subditi a principe vel domino suo cogi Jure possint, ad operas invenationibus exhibendas, ubi comprimis sciendum est: Varias esse operas advenationem pertinentes, ut notavit, Noemzer part. 2. Von den Jagten tit. Was sue nüdt wie viel beschabert §. Zum summen / Fol. 36. das bey den Forst / allerhandt beschwerten / der fron dienst halber / zu befinden / als du hager zu machen / sor zu stehen / garn / seider / hundt / holtz / dae

12 DISPUTATIO JURIDICA

zu führen undt der gleishen / unde circa propositam quæst. concludendum; dominum superiorem, qui de regali dignitate, ab imperatore investitus est, atque adeo regalia Jura usurpat, veluti principem subditos suos ad ejusmodi operas adigere posse, quod ita ampliandum existimo, ut subditi, vel rustici, operas illas suo vietu propriisque expensis Præstare debeat. leg. 18. ff. de operis libert. Lasius lib. 1. singul. resperor. C. 3. N. 81. insin.

X I I I.

Quær. Si quis in constituta venandi facultate turbetur vel ea uti prohibeatur, quodnam ipsi remedium competit. Resp. Agere eum posse contra turbantem vel impedientem interdicto uti possidetis vel confessoria actione experiundi potestatem habet Zasius N.Z. de Ad. Reus itaque convictus refusis actori damnis ex turbatione illatis, sufficienti præstata cautione eundem securum reddere cogitur neque se neque successores suos venandi servitute fruentem impedituros esse Gail. abs. 66. Arm. 13. lib. 2. Quandoquidem vero nostris hisce temporibus non raro accidit, ut status imperii hac quasi possessione juris venandi turbati, pigno rationibus dum alterius status venatores, canes, castes, retia, &c. Capientes auferunt sese defendere velint, idcirco incidenter hic dicendum hodie pignorationes omni jure esse prohibitas Novell. 52. & 134. cap. 4. C. unic. ext. de injur. in 6. & pignoratum in continenti; si sit imperio immediate subjectus mandatum fine clausula in camera ad restituendam rem pignoratam, cum omni sua causa salvo tamen jure petitorio & possessorio eoram ordinario judice obtinere posse; postea citatur pignorator ut in termino Citationis compareat causas pignorationis articulatim deducat, & in libello proponat quod in tali loco jus pignorandi semper habuerit atque etiamnum habeat talesque pignorationes antea semper exercerit; ac proinde in quasi possessione defendi debeat: & quod

quod aduersario nil juris eo loci competit , pro ut congettis.
Gail. lib. singul. de pignores. obs. 21. Vin. 3.

X I V.

Quær. Utrum proscriptus sive banitus ex constitutionibus Imperii jus venandi amittat; si fortè propter crimen fractæ seu violatæ pacis publicæ , à Camerâ Imperiali in bannum fuerit declaratus? Resp. Eum jus venationis , sive contractu feudali , sive quovis alio modo compatatum , omnino perdere , & consequenter post bannum sive proscriptionem interpositam , venationem exercere amplius non posse , eâ ratione demonstratur : quod bannitus ex constitutione pacis publicæ tam corpus & vitam , quam omnia hona & jura , quæ habuit , amittat : sive jure civile sive gentium illa quæsierit , per textum expressum in Ordinatione Camerae , part. 2. tit. 9. §.

X V.

Tandem pro complimento propositæ materiæ addendum hanc facultatem vel quasi servitutem juris venandi constitutam amitti cum expressa renuntiatione domini , ab ea discedentis , dum cessione , & consoludatione ut cœteræ servitutes : quoniam res suæ domino amplius servire nequit *Halbrnrt. in disp. de jure venand.*



LAURENTIUS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI
SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

V X

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE

CONVENTUS S. MARIE MAGDALENAE VITERBIENSIS

CONFESSORIS ET MIRACULOSISSIMI SANCTI LAURENTII VITERBIENSIS

ARCHIATRI ET PATRI PIAE ROMANAE